



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 21. Litteræ Pontificiæ ad Principes Musulmannorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

tres Prædicatores, Minores autem Haimonem & Radulphum misit cum litteris ad Patriarcham Germanum, in quibus schisma Græcorum cum schismate Samaritanorum comparans, inter illos Deum præclaros Doctores, ut S. Chrysoftomum, S. Gregorium Nazianzenum, S. Basilium Magnum, & S. Cyrillum, sicut inter Samaritanos Eliam, Elisæum ac cæteros Prophetas suscitasse dicit. Hoc est Græcorum schisma satis alte repetere. Proponens dein allegoriam de duobus gladiis, affirmat ad Papam pertinere etiam materialem vi verborum J. C. ad Petrum: *Mitte gladium tuum in vaginam!* Insistit figuris unitatis Ecclesiæ, finitque per quæstionem de Azymis, asseverans, per Græcorum panem fermentatum J. C. corpus ante reditum ad vitam corruptioni obnoxium, & per Latinorum panem sine fermento ejusdem corpus gloriosum exhiberi. Dabat 18. Maji an. 1233.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1232.

Matth.  
XXV.

§. XXI.

*Litteræ Pontificiæ ad Principes Muslimannorum.*

Eodem anno Papa fratres Minores ad sacram expeditionem inter ethnicos misit cum epistola Sultano Damasci inscripta, & 15 Februarii data, qua longam de Religione Christiana informationem

ap. Rain.  
1233. n. 16.  
Vading. eod.  
n. 27.

nem



**Sæcul. XIII.**  
**A. C. 1233.**

nem permultis legis veteris ac novæ locis confirmatam tradit, ac denique Sultanum ad illius amplexum animat, non se potestatem Principis imminutam vellet, nihilque terrenum, sed solam ejus salutem quærere se affirmans. Simillimas litteras ad Califam sive Principem Bagdetiæ seu novæ Babylonis, & ad Miramolinum Africæ, h. e. Marochii Regem dedit: sed non apparet effectus aliquis, nec expectandus erat. Ad Miramolinum in gratiam Agnelli Fessani Episcopi Ordinis Fratrum Minorum aliam scripsit epistolam, quam finit hac comminatione:

*Vading. eod.*

*Si inimicus J. C. quam amicus esse mavult, neutiquam permittemus, nec debemus permittere, ut Christiani tibi obediant. Nescis qua ratione hoc dictum cum verbis Apostolorum, ethnicis quoque Principibus morem geri jubentium, & cum primorum sæculorum praxi cohæreat.*

*VII. ep. 310.*  
*ap. Rain.*  
*n. 24.*

Felicis studium Gregorius Papa posuit in permovendis ad Christi cultum Saracenis Siculis inter Italicas Imperatoris Friderici copias militantibus, cui scripsit in hanc sententiam: *Oramus, ut Saracenos Nuceriæ habitantes, ac lingue Italicæ, ut fama fert, satis gnaros per litteras stricte jubeas Fratribus Prædicatoribus quos ipsis mittemus, se humanos ac faciles exhibere, placidas aures commodare, serioque se applicare ad ea, quæ in suam salutem sibi dicuntur.*